Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



117.

In qua enim die iustus erauerit. uerus eum iustitiae a morte liberare non poterunt.
Quasi iuxta uirgam; interpretatur Bone semper bene feceris. & omni tempore equale cursum
habueris. uidebis dominum patrem dulcissimam lucem uidebis xpm solem iustitiae. Porro
si multos annis uixeris. & omnia bona habueris. uel bona opera perpetraueris. & sares
te semper morituum. & ante oculos tuos tenebrarum semper uersetur aduentum. psemia
quasi fluxa. fragilia. caduca contempnes. Symmachus finem huius sententiae ita
interpretatus est. Si annis multis uixerit homo. & in omnibus letus fuerit. re
cordari debet. & dies tenebrarum quia multae erunt. in quibus omnibus uenire
esse desinere. Alium repperiatur in alio loco scripturae dicens. dabo uobis
pluuiam temporaneam. & serotinam. uetus scilicet testamentum & nouum. utroque
ymbre uos rigabo. Unde & nunc admonemur. ut sic legamus legem uetere ne
euangelium contempnamus. sic spiritale quaeramus in uetere instrumento intelligen
tiam. ne in euangelistis & in apostolis hoc tantum putemus sonare quod legimus. Ignorare
enim uos per certo habemus. in quo magis scientia nobis a domino tribuatur & gratia. felicesque
eum esse qui utrumque. in communione sociauerit. & quasi unum corpus effecerit. Quod quo
fuerit consecutus uidebit lucem. uidebit xpm solem iustitiae. & si annis pluribus
uixerit. in summa letitia & dilectione uersabitur. habens scientiam scripturarum.
& magis ad hunc laborem recordatione futuri iudicii compelletur. quia perpetuum
tenebrarum tempus aduenit. & aeterne penae preparabuntur eis qui non seminauerint
mane & ad uesperam. & neque quam utrumque sociauerunt. nec uiderunt lucem
neque solem unde ipsum lumen egreditur. Laetare iuuenis in adolescentia tua.
& in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuae. & ambula in uiis cordis tui.
& in uisu oculorum tuorum. & scito hoc quia super his omnibus adducet te dominus in
iudicium. & repelle iram a corde tuo. & aufer malitiam a carne tua. quia
adolescentia & stultitia uanitas est. & memento creatoris tui in diebus iuuen
tutis tuae ante quam ueniat dies malitiae. & propinquent anni in quibus dices.
non est mihi in illis uoluptas. In hoc capitulo diuersa omnium explanatio fuit.
& tot penae sententiae quot homines. Unde quia longum est opinationes
omnium recensere. & argumenta quibus sententias suas. adprobare uoluerant
explicare. & prope resumimus quod in fine uoluminis est. sufficiat prudenti
significasse quod senserit. & quasi in quadam breui tabella situs piniersse
terrarum. & totius orbis uastitatem. & ambitum oceani angusto monstrasse
compendio. Hebrei ad istud estimant pertinere mandatum. cui praeceptum ut
fruatur diutius suis. & ante quam ei capitulatus tempus aduenit. & ado
lescentiae senectutem commutet. quicquid delectabile ut iocundum tam corde
quam oculis apparuerit. eo diu in proprietate est abutatur ita tamen. ut se noue
rit in omnibus iudicandum. & tam cogitationes multas. quam libidines